

1586

PROPEMPTICA

PIO, HONESTO ET
ERVDITO IUVENI HIE-
REMIAE SARTORIO A. ex inçlyta
VVitebergensium Academia in Patri-
am redeunti, in benevolentia & amo-
ris argumentum ab amicis scripta,
Anno salutis humanæ
M. D. LXXXVI.
22. Novembr.

15



86.

VVITEBERGAE
Excudebat *Matthæus Velack*



SARTORIO SVO IN
Patriam vocato.

QVā benè SARTORI tibi nomen quadrat & omen?
 Ceu persæpe bonum nomen in omen abit:
 Nam modò iacturam debes sarcire Scholarum,
 Quam fecère, Hunnis terra ubi culta iacet,
I sarcis ingentem, quam monstradedere, ruinam:
Bella, fames, pestis sunt ea monstra, loquor.
 I decus Aōnidum & morum piā regula: quod te
 Adiuvet æterni prouida cura Dei.
 I patriam exhilara. At nostri non immemor unquā
 Ad nos, concedent si bona fata, redi.
 Nunc vos Aōnides cultorem ducite vestrum
 Hungarici sospes tangat ut arua soli.



Petrus Albinus Niemontius M.
 Historiograph. Sax. & Profess.
 pub. VVitebergæ.



Cynthius Emonij telum Chironis & arcum
 iam premit, & rigido frigore cuncta rigent,
 Pra nive nulla pedum vestigia, nulla rotarum
 Conspicua, & Cauri vi via nulla patet.
 Et tu Leucorea nullis comitantibus urbe
 Longum iter in patriam dulcis amice capis?
 Te decorant placido faciles in pectore mores,
 Te constans ornat cum pietate fides,
 Te tua commendat præclara scientia rerum,
 Te iuvat atque beat religionis amor.
 Hinc quia causa gravis magni mandata Patroni
 Atque preces patria, cogit inire vias,
 Vincit iter durum natalis gratia terra:
 Et superant Domini iussa verenda nives.
 Grata DEO res est meritò parere Patrono,
 Estq; relata suis gratia grata DEO.
 Tuta levisq; via est gressum ad loca iussa movere,
 Tuta levisq; via est praside cincta DEO.
 Nam Deus officio fungentes robore firmat.
 Fit leve opus, robur suppeditante DEO.
 Et iter hoc durum, verum leve praside CHRISTO
 Fiet, & angelico concomitante choro.
 Quod tibi ut eventat submisso corde precando
 Vota simul vobis en mea iungetis.
 At queso, ne te capiant oblivia nostri,
 Gaudia ubi patria sede receptus ages,
 Candida nigra prius, prius aspera dulcia fient,
 Annus, & inverfas duxerit ante vices.
 Quam tua de nostris emigret cura medullis,
 Quam fiat nobis nomen inane tuum.
 Denique si pietas, ut erit: si gratia cordi est
 Leucorea ne sis immemor, oro, schola.

Hoc igitur nostri monumentum & pignus amoris
Angusto factum tempore carmen habe.

Gregorius Schonfeld M.

V O T V M
A D O R N A T I S S I M V M E T D O C
T I S S I M V M Dn. HIEREMIAM SAR-
torium ex celebri Vitebergensium Academia in
patriam redeuntem.

Fœlix, qui studium Virtutis quarit, & omni
Præmia, qua confert, mentis amore cupit,
Et qui Palladias animum conuertit ad artes,
Et fontes varia cognitionis amat:
Dum non utramvis stertens securus in aurem,
Tædia curarum & pondera dura fugit:
Nobilis vita genus & felicius ille
Sectatur. Nam, hinc lausq; decusq; fluunt.
ERGO vide quantum te docta Minerva bearit,
HIEREMIA, Aonijs gloria magna chori.
Atq; tibi officium, quod nunc offertur honestum,
Omnibus hoc geminis, si sapis, anteferas.
Hec decus eximium multo sudore parasti,
Dum gereres sorti Palladis arma manu.
Ergo hunc splendorem officij tibi grator, amice,
Grator, & ut patria sis decus, opto, tua.
I precor, ut tibi multocum sænore reddas,
Quam tibi doctrinam docta Thalia dedit.
Chare DEO & Musis, SARTORI, fidere fausto
Itere: sint semper fata secunda. Vale.

Martinus Sturmius
Leutschou Pannonius.

A L I V D.

Trenchinij primùm doctas cum Palladis artes
Sectamur studio & sedulitate pari.
Te mihi iunxit amor stabiles mansurus in annos,
Quo mihi tum poterat gratius esse nihil.
Dulce fuit studijs tecum invigilare severis,
At que iocos tecum volvere dulce fuit.
At sorte inuisâ tandem disiungimur: heu fors
Perfida, amicitia tam cito rumpis opus?
Nonne decet iunctos, iuncta pietate teneri
Sicut præclare cœlica scripta monent?
Sed licet assiduo nixu prohibere volebas,
Dextera ne dexteram carperet usque manus,
Vivere neve simul possemus sædera iunctis,
Quo gaudebamus semper uterq; piè.
Vana tamen rapidis abeunt conamina ventis,
Rumpere nec penitus sædera nostra poses.
Suaviter ecce simul, quod & ipsum tempore parvo,
Vivimus, ut ratio conditiog; ferunt.
Nil moror, ipse Deus dabit olim tempora chara,
Quævis unâ gratum vivere semper erit.
Nunc quoniam dulces Patria vis, & cœle terras,
I precor Angelico te conitante choro.
Leniat ipse via Christus tibi quæso labores,
Nec Bruma æuras experiare vices.
Fac simul & vates nostri non inmemor unquam,
Auxilium Clario suppeditesq; choro.

Martinus Chudinius
Venezolienfis.

A 5

ALIVD

A L I V D.

A Rdua res certè peregrinas visere gentes
 Virtutis propter Pieridumq; decus.
 Nam quotus est qui sic longinquo degat in orbe,
 Suscepta ratio poscit ut ipsa via,
 Iudicio mundi fateor consistere posset,
 Exteriora cui quomodo cunque patent:
 Sed qui scrutatur renes & pectoris ima,
 Plurima adhucisti cernit abesse DEVS.
 Vnde fit hoc autem meritò disquirere possis,
 Quid faustum nobis tam malè reddit iter?
 Rex superum vasti possessor & arbiter Orbis
 Disponit nostras vult velut ipse vias,
 Et quia disponit felices efficit esse,
 Illius ad nutum si peragamus eas,
 Sin verò arbitrio non has moderabimur eius,
 Cedere pro voto qua ratione queunt:
 Ergo quod parvos fert nostra profectio fructus,
 Fit quia negligimus iussa verenda Dei.
 At queras iterum quæ verè est ista voluntas,
 Qua flectit nostras numen ab axe vias,
 Ante peregrinas quàm concedamus in oras,
 Dat Deus in patrijs posse studere Scholis.
 In quibus ingenium magnos formet ut ad usus,
 Postea quos secum clara Lycæa ferent.
 Hac ubi quis visat natura tardus & arte,
 Dic iter hoc quid nam commoditatis habet?
 Sicut enim non sicca potest coalescere planta:
 Fecundo quamvis insita fiat agro:
 Sic caret ingenium iusto quocunq; vigore,
 Aptum praclaris hoc nequit esse Scholis,

Eximi-

Eximias igitur qui non se accingit ad artes,
 Hic peccat contra iussa verenda Dei.
 Vnde nec ipsius comitantur prospera gressus,
 Sicq; via rectum nescit habere modum.
 Porro nostrarum statuit Deus ipse viarum
 Divini laudem nominis esse scopum.
 Hunc qui pratercunt, sua tantum & nomina quarunt,
 Disseream si istos fata secunda manent.
 Adde quod hic nobis vendit bona cuncta labore,
 (Ut neque per ventos assa columba venit.)
 Vult & verè vult tractari debita nostra
 Munia, qua par est sedulitate, via,
 Vult totos studiis nos ut iradanus honestis
 Sem nigra nox fuerit candida sive dies,
 Nam sua dona Deus tantum largitur habenti,
 Exercere solet qui data dona DEI.
 Contra: non habeat si quis, DEVS auferet illi
 Munera quod iunctis negligit alma DEI.
 Quare negligitur cum nostra profectio pernos,
 Obvium nunquam contigit illa scopum.
 Sed neque debet tantum modo sedulus esse,
 Qui caput in studiis exeruisse volens:
 Ni quoq; longinquis dum permanet hesses in oris,
 Exantlanda sibi plurima dura faciat.

Est res pulchra pias mentem coluisse per artes
 Si pulchra est, certe non hævis esse potest:
 Cumq; levis non est (quia pulcrum quodq; molestum)
 Ecce DEVS auro tempore spondet opem.
 Qua ratione? pijs si votis felicitur,
 Ipse auctu faciles ad pia vota manus,
 Propterea casus qui non vult ferre molestos,
 Et iussas iura negligit aures preces:

Ille nequit celsam conscendere Palladis Arcem,
Quando peregrinis degit agitq; locis.
Quid dicam? (locuples probat experientia testis)
Hic etiam multos mors rapit ante diem.
Magnum saepe ciet secum mutatio damnum,
Vndiq; nec caeli est unica temperies.
O Deus in terris nisi tu tuare remotis,
Cogimur en miseri mille perire modis.
Ad te IEREMIA venio nunc care sodalis,
Germani semper fratris habende loco.
Tu quoque longinquas te confers promptus in oras,
Leucoraeq; citos figis in urbe pedes.
Expendi, qualis queat ista profectio dici,
Sciveris anne eius ritè tenere modum:
Vera loquar, tali regis hanc tu lege modoq;
Possit ut exemplo pluribus esse bono.
Quae breviter referam, nam paucos vera requirunt
Sermones, cunctis sat manifesta p̄s.
Carpis iter longum, casu non motus ab ullo,
Sed de consilio, qui regit omne, DE I.
Nam prius illustrem quam visis Leucorys urbem,
In patrijs artes imbibis ipse Scholis.
Nec tantum patrijs ideo discedis ab oris,
Fama quòd externo maior ab orbe venit:
At potius propter Divina laudis honorem,
Iste tibi prora puppis & instar erat.
Inde locas omnem studijs operamq; fidemq;
Impiger in studio nocte dieq; tuo.
Quin etiam Clarijs dum sicutaris in arvis,
Heu quoties morbus te premit, atq; dolor.
Quid facis hic? nosti quoniam divinitus ortum
Esse tibi impositum fers patienter onus.

Coniun.

coniungisq; preces, duris Medicamina rebus
Atque simul Musis pharmaca grata tuis.
Hac susceptarum tua lex est Certa viarum,
Hunc peregrinus habes Leucorys urbe modum.
Sed modus iste tibi numquidquam profuit? imò
Egregie, solus testis ut esse potes.
Hinc pietas, hinc religio, doctrinaq; manant,
Es quibus ornatus frater amande bonis.
Ergo DEO primas, PATRO NO redde secundas,
Grates, qui studijs fulcra fuere tuis,
Dic mecum, laus sancta DEO, multosq; perennes
Floreat illustris FORGACHIANA domus:
Tu iam faustus abi, Clariam formesq; luventam,
Qua TRENCHINA celer praterit arva Vagum.
Sic per te summo laus crescet in orbe parenti,
Debitus & Musis sicq; resurget honos.
Vive DEO, saluus, sacris & vive Camænis,
Vtq; diu possis vivere, iungo preces.

Nicolaus Baucius Arvensis.

A L I V D.

HAs quòd discedens, Sartori, deseris oras,
Atq; Deo, patria tecta, vocante, petis:
Nescio quot andem deceat me pectore ferre:
Letari sit fas annè dolere magis.
Nam si te vultumq; tuum mihi semper amicum
Aspicio, atq; tuam mente revolvo fugam:
Ad tenerum mea propendent precordia luctum,
Et gemo, quod nos te fata carere iubent.
Est dolor haud facilis, cum diiunguntur amici,
Candida quos innoxii, cum pietate fides,

B

O ada

O adamante aliquo possem cohibere volantem
 Sartorium, certè, non mora nostra foret.
 At tua doctrina quando ornamenta recolor,
 Quis patrio possis utilis esse solo:
 Atq; simul, superos ad munia sancta vocantes,
 Esse pium, mecum cogito, sponte sequi:
 Gaudeo, discessum tibi gratulor, ac precor, amplum
 Perfacili superes ut pede salvus iter.
 Nam nec te terra possum invidisse paterna,
 A te qua ingenua postulat artis operam:
 Nec superum satis irasci, ranq; cuius,
 Ex usu est, quicquid numine dante capit.
 Cum tot tantaq; sint, qua me, argumenta, quieto
 Hunc iam discessum pectore ferre iubent:
 Non erit ulla super capiendi occasio luctus,
 Quod procul ex oculis eripiere meis.
 I felix, memor esto mei, simul effice porro,
 Ut constet vinclo perpete noster amor.

Martinus Rainhart Schemnicensis P.

A L I V D.

Vsq; adeò gravis est crux, difficilisq; palastra,
 Herculei magis est immò laboris opus:
 Moribus, ingenuis studiis formare iuventam,
 Et vera summi cognitione Dei,
 Munia praesertim si quis famamq; tueri,
 Et rectè coram iudice stare volet.
 Est ea nanq; ferox, audax, temeraria, moxq;
 Quo monstrant ratio mensq; maligna ruit:
 Euripus ut varia specie mutatur in horas,
 Inq; sua stabilis nec statione manet:
 Sic hac natura, morumq; subinde figuras
 Mutat, & ingenium scit variare suum.

VE

Vt cervicis equus rigida detrectat habenas,
 Impositosq; super decutit ille viros:
 Hac quoque legitimas leges, & frena recusat,
 Ac disciplina respuit omne genus.
 Non patitur flecti, renuit parere Magistris,
 Sanaq; pro risu verba monentis habet.
 An non hic studiis opus, atque labore docentis,
 Hic morbus Medicam nonne requirit opem?
 Ah quoties luctam, quoties committere pugnam
 Monstra tot adversus cogitur ille miser,
 Mercurius formandus ei de stipite duro,
 Est lupus in mitem perpoliendus ovem.
 Est Deus orandus sancti pro munere flatus,
 Pectoris ut massam fabricet ille novam.
 Ut tandem sapiat, vitamq; sequatur honestam,
 Religio, mores, convenienter eant.
 Hic est Herculeus labor, haec est illa palastra,
 Torquens egregios excipiensq; viros.
 At quotus est trutinat qui tot tantosq; labores,
 Et dignos precio censeat esse pio.
 Vulgus apud parvi fiunt, nec vilius ullum
 Esseq; inutilius munus in orbe putat.
 Invenias alios titulis, splendore, superbos,
 Quos nihil Aënidum sors inimica movet.
 Hinc Ecclesiola afflictus status, atq; scholarum,
 Vana superstitio, barbariesq; venit.
 Ergo cum maneant mala tot discrimina Musas,
 Nec pariter docti sint in honore satis:
 Abjicies animum, multum dilecte sodalis?
 Oblata abjicies sceptrum regenda schola?
 Absit: nec metuas; tu porro audentior ito,
 Vince rudis vulgi verba, invante DEO.

B 2

Firma

*Firma tibi mens est: hac murus abencus esto:
 Est pietas turris firma sit ista tibi.
 His homines vani, Satan, atq; calumnia, livor
 Cedit edax, durum postmodo cedit onus.
 Hinc, Ieus omnipotens te sacri flaminis aura
 Perfundet, vultu propitiq; teget.
 O nimiam felix cuius protector Iova.
 Semper enim tanto vindice tutus aget.
 Aggredere ergo pios, DOMINO auxiliante, labores,
 Collige cultores, membraq; digna DEO.
 Nam te cum reliquis summa Diadema salutis,
 In Patria caeli, pramia digna manent.
 Pramia qua totum sunt duratura per aevum,
 Paulus ut, & passim Biblia sacra docent.
 Ut quoque participes nos efficiamur eorum,
 O sis auxilio Christe Redemptor, AMEN.*

Martinus Sluconinus VV.

ALIVD.

*Quam bonus est qui sponte facit Deus omnia nobis,
 Cuius aperta manus semper ubiq; patet.
 Non modo quod pascit populos, vel nutrit egros,
 Cunctorumq; gravem solvit in orbe suum.
 In nobis sed quod successus ipse secundos
 Promovet, atque sua nos bonitate beat.
 Hos vocat: ut crescant per eos sacra dogmata caeli,
 Crescant non minus & facta benigna simul.
 Hinc alios vocat: ut sacris viduata Camænis
 Tecta queant studiis ritè iuvare pijs.
 Commoda qui tenera producant multa inventa,
 Ingenij & promant schemata mille sua.*

Vi

*Et te nunc revocat, poterat qui ferre Thales
 Auspicus charum consilijq; decus.
 Ut studio miseram studeas relevere iuventam,
 Nunc errat misere qua Duce cassa suo.
 Hac te cum votis expectat, & expetit ultro
 Exorta à primis ordine quaq; suo.
 Quilibet aspiciat ut saluus sis, gaudia ducit,
 Sospes ut & redeas per loca vasta, cupit.
 Ergo saluus abi sparsunq; recollige cœrum,
 Hic ubi Trentschinta cernitur urbe schola.
 Successus DEVS optatos indulgeat, ut sic
 Praestes officio vota precesq; tuo.
 Atq; tua reddat fausta statione labores,
 Ut laus cœlicola crescat in orbe Patri.
 Et tandem dulces cantent sua carmina Musa,
 Crescat & ingenio docta iuventa pio.
 Floreat hinc virtute potens Ecclesia CHRISTI,
 Et DEVS in cunctis sit benedictus, Amen.*

Iohannis Lazyczkius Lyptovientis.

ALIVD.

*Ugebis ne tuos Ludi sine fine Magistros?
 Trentschinij variis incolæ presse modis?
 Ergo dies toto naventes tempore duces?
 Nec magis iam vultu signa serena dabis?
 Vera quidem fateor, causam mœroris adesse,
 Et meritò lacrymis ora riget. decet,
 Namq; viros, tua qui quondam docuere periti
 Pignora, Parcarum sustulit atra aies,
 Sustulit atra dies, similes vix secla videbunt,
 (Vos Colacine gravis, sancteq; Prunoputo.)*

B 3:

Ab

Ab Auriga simul currus fugere Scholarum,
Sunt duo Pannonis lumina demta choris.
Ferreus est, rigido siliçe & præcordia cingit,
Cui non hæc gemitum damna ciere queunt.
At quoniam summi sic fat a tulere Tonantis,
Hanc animo forti ferre memento crucem.
Nam bona terrigenis confert, adimitq; vicissim
Cælestis cum vult nutus habere DEI,
Corripit ille suos, sed scit succurrere læsis,
Postq; imbres aurâ lucidiorë micat.
Tu quoque respira, fletus &posito finem,
Singultu Superi succubère tuo.
Vt tua Pieridum proles ducatur in antrum,
Leucorëâ iuvenis missus ab urbe venit.
Huius ubi dotes animi perspexeris amplas,
Ingens iurabis te reperisse bonum.
Sic colit æternum devoto corde Parentem,
Dixeris ut natum cum pietate virum.
Non sequitur pravum delira dogma cohortis
Sincerum sed amat religionis iter.
Tam bene Castaly calcavit culmina montis,
Vt pubem ad Clarias ducere possit aquas,
Et faciet, quoniam non res est suavior illi,
Quam verè munus semper obire suum.
Vix ita Dulichium rediens gaudebat Viyses,
Huius ut aspectu tu modo lætus eris.
O quoties dixi, te fausto sydere natum,
Laus cuius doctis crescit ad astra viris.
Crescet in immonsum, totoq; scietur in orbe,
Si modo que grati semina cordis erunt.
Sed, quis sit, rogitas? Ieremiam scito peritum
Cuius in Ardenis sunt sita tecta iugis.

Gratulor

Gratulor ergo tibi, tibi nunc mea carmina iungo,
Præ reliquis quem sic ornat amatq; DEVS,
Vt queat is saluum te sospite cernere vultu;
Et felix superet tædia dura via:
Ritè Scholæq; diu sumendas tractet habenas,
Semper ab ore meo talia vota fluent:
Ieremia decus i patria, quocunq; vocaris,
Thobias præsens Angelus esto tibi.
Hunc velut in magnis defendit saepe periclis,
A te sic etiam noxia quæq; fuget.
Vos etiam Musa saluum duceis alumnum,
Augebit vestri nominis ille decus.
Acole tu vinculis furias compeste notorum,
Spirat ab Eois gratior aura locis.
Tu quoq; cana comis nunc frigore bruma remitte,
Ne ruvenis ladas languida membra pi.
I felix firmi teneas hoc pignus amoris,
Et longum nostro pectore sume VALE.

Martinus Intybus Arvenus.

A L I V D.

Cum mihi fors eadem sit nunc subcunda sodalis,
Hieremia, o patrij fama q; lausq; soli:
Illam non abigo, patulis ast obvius ulnis
Amplector; scio nam sic placuisse DEO.
Atque illi tanto dignas pro munere grates,
Ex imo semper pectore gratus ago.
Quod nos longinquis peregrinos hæc tenus oris,
Dextra protexit cunctipotente sua.
Et quanvis sævis fueramus saepe periclis
Subiecti; tamen hæc abstulit ipse mala.

Nec passus dira est nos hic succumbere morte,
Membra licet morbo pressa fuere gravi,
Ipsam præterea mentis penetralibus oro,
Ut clemens ceptam dirigat ipse viam,
Aligerumq; gregem nobis demittat Olympo,
Quam patrios rursus nos comitetur agros.
Vt sic servati laudes promamus eidem,
Muneris & tanti concelebremus opus.

Daniel Menfatorius Ar.

A L I V D.

Dilectos inter nimium dilectæ sodales
SARTORI, patrij fama decusq; soli,
Ergo ne Leucoreâ properas discedere ab urbe?
PANNONIÆ atq; iterum limen adire cupis?
Ex animo doleo, quia nunc divellimur ambo,
Atque subit mentem plurima cura meam.
Sed quia te revocat tua sors, renocatq; PATRONVS,
I, pete felici numine, dulce solum.
I comitante DEO, latro non ledat euntem,
Ille sit incepta, duxq; comesq; via.
Ille etiam saluum patriâ te sistat ad oras,
Et tibi det multa prosperitate frui,
Sufficiat vires, ut fervida cura laborq;
Promoveat summi lausq; decusq; patris.
Atque tuum studium multorum vergat in usum
Et patriæ imprimis commoda mille ferat:
Vive memor nostri multos ò vive per annos
Vtq; pie possis vivere, vive DEO.
Ne precor ex animo ejicias BENE nomina DICTI
BYSSINI, carmen qui tibi vile dedit.

A L I V D

A L I V D.

Cor trepidum quamvis mæror contundat acerbis,
Tristia & oppressum carmina pectus agat,
Quod nova rura petis, nos hic per lata relinquas
Saxonici miseros arva manere soli.
Latum gaudenti tamen induo pectore vultum
Et meditator plausus mente manuq; novos.
Ad patriam celeres quod te contendere gressus,
Cernam, qua tristi sorte subacta iacet.
Cultus ut ingentes valeas pensare ruinas,
Et possis Clario consuluisse choro.
Quem virtute tua nisi reddas, artibus atq;
Florentem, in peius tristia cuncta ruent.
Virgea per paucos nam dixero sceptrâ gerentes,
Qui studiis faciant clara Lycea suis.
Præclarum lumen qui celsis artibus addant,
Et valeant mentes expoluisse rudes.
O tempus varias propter memorabile causas,
In quo continuo nulla tenore manent.
In quo Daphneis de scætis frondibus ille,
Prostratus graviter doctus Apollo iacet.
Dum tamen insolito Musa Nemora ardua Cyrrha
Replent, & roseo lumina rore rigant.
Candida quod Pallas per montes exulat altos,
Et pergit patriis vertere terga focis.
Ecce venis doctus Musarum cultor in hortos,
Ecce venis manibus virgea sceptrâ gerens.
Quo viso, ut Pallas sortem deslevisit acerbam,
Sic hac excelsè fata secunda canit.
Etposito capiunt luctu nova gaudia Musæ:
Confectæ, postquam inbiba blanda vident.

Appreciosa tua cernunt ubi munera mentis,
Laudant divino nomen honore piū.
Quod patria felix ubi dulcia rura revives,
Illa tuis poteris cōdecorare bonis.
Fundere & Aōnias præclarum lumen in artes
Inq; piis istas notificare scholis.
Tempora quò studiosa cohors neglecta rependat,
Possit & ex totis damna referre bonis,
Sed mens ambages ne sermo crescat in altas,
Expeditam paucis verba ferenda sonis.
Et si pro meritis iuvenis memorande reposces
Præmia, persolvam quomodo digna tibi.
Semper eras placido quòd me complexus amore,
Docto dum tales sparseris ore sonos.
Quòd mihi præfueris studio consultor in omni
Quas laudes poterit sermo sonare tuas?
Ast quoniam ratio sese non suggerit ulla,
Munera qua possem reddere iusta tibi.
Solicite abo piis cœlestia numina votis,
Et tibi faustiferum corde precabor iter.
Vt felix possis patrias invisere terras,
Atq; tuos dulci prosperitate lares.
Præclari niteas aliis ut sideris instar,
Sitq; celebratum nomen honore tuum.
Nam tibi perdocta decurrunt flumina mentis,
Et sunt ingenij munera sancta tui.
Vt qua Mæonio docuit te Phœbus in antro,
Ac Helicon que te fortis ad arma tulit.
Bellerophontæas hac felix rursus in undas,
Profundas mentis debita dona tua.
Aligero ergo tuos cœli rex agmine gressus,
Inferat ad chæra suavia tecta domus.

Fortia

Fortia sacrarumq; tibi dare castra. Phalangum,
Dignetur, cæpto ut pergere calle queas.
Dicere quòd possis nostrisq; tuusq; salutem,
Rurag; natalis salva videre soli.
Angelus ille tuum, dilecti fidus Isaci,
Qui fuerat custos Angelus armet iter.
Vt celebrent hilari patrij te carmine fines,
Accipiantq; novo nomen honore tuum.
Et resonent dulci aucta modulamine Muse,
Quòd ietuna novus hospes ad arma venit.
Pæriū, mentis qui scindat vomere campum,
Qui dandis sterilis fructibus ante fuit.
Et det Phæbea collecta legumina messis,
Cæribus Aōnidum percipienda sacris.
Sed mea postremo concludam carmina voto,
Omnia felici perfice rura pede.

Iohannes Bergerus.

ALIVD.

Ergo redis tandem patrios revocatus ad agros,
O decus, & patria, gloria magna, tua.
Leucori ab urbe redis, Phœbæia castra sequutus,
Hinc spoliis Clarj fontis onustus abis.
Faustus adis patriam, multo cum sænore sacras,
Artis Apollineæ pandere doctus opes.
Te iuvat doctas ritè excoluisse Camænas,
Assidue studiis invigilando bonis.
Nec non sæpe sacros manibus trivisse libellos,
Ex quibus hausisti dogmata vera Dei.
Præmia sic meritò magna cum laude reportas,
Cum tibi sint docta frana regenda Scholæ.

C 2

Quæ

*Qua nunc Pannonias, offert urbs clara, per oras,
Trenchiniu n, studiis prosequiturq, suis.
Te ciues, te publica res, prudensq, Senatus,
Quàm primùm cupiunt hocce redire loco.
Fallor: an & iuuenum grex, & tua cura, puelli,
Expectant reditum nocte dieq, tuum.
Scilicet ingenuis quò possint artibus istam,
Te duce, ceu vivo fonte, levare sitim.
Ergo bonis abeas aribus: nunc sidere lato,
Ad patrios remea, tutus ubiq, focos.
Saxona terra vale, dulcis iam patria salve;
O salve nimiùm patria, Saxo vale,*

Valentinus Plateanus
Oppolien. Silesius,

